

Z 3

1773, 58.

OBSERVATIONES IVRIS ECCLESIASTICI

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS CONSENSV

P R A E S I D E

D. DAVID GOTTFRIED AEGIDIO
W I L K E

P. P.

SER. ELECT. SAX. IN SVPR. LVSAT. INFER.
REGIM. CONSIL. EIVSDEMQUE CVRIAЕ PROVING.
CONSIST. ECCLESIAST. LIPS. ET FAC.
IVRID. ASSESS.

D. XVIII. MART. A. O. R. CICIOCCCLXXIII

H. L. Q. C.

PVBLINE DEFENDET

CAROLVS EMANVEL ALBRECHT

GOERLIC. LVSAT.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



DFG 626
DFG 626

OPERATIONES
LARIES ECCLÆSIASTICÆ
MATERIAS ECCLÆSIASTICÆ CONFERMA
TRANSLATÆ
D. DAVID OCTOBRÆ ECCLÆD
WILHELMUS
DET ELEGÆT SÆZ IN SÆDE LÆZAT INFER
HÆRUM QMNLÆ TIAIDÆMNG ECAVÆ TÆYDÆ
CONSERVÆ ECCLÆSIASTICÆ ET FÆL
DAVID ALEXANDER
W. LÆTTWIT. M. O. F. 1513-1514
PARLICE DELEKDET
CEROLAS HAMMÆL ALBÆKHT
FÆLÆPÆT
Z. Q. D. O. R. C. N. A. T. A. M. N. E. M. N. I. A.



OBSERV. IV.


*Parentes et collaterales primi gradus in causa matrimoniali ad testimonium dicendum non solum admittuntur,
sed et coguntur.*



In causa matrimoniali parentes ad testimonium dicendum admittendos esse, dispositioni iuris Canonici

c. 3. X. qui matrim. accus. poss.

quam maxime conuenit; sed an cogi queant, negat Mencken in Comment. ad Pand. L. XXII. tit. 5. §. 17. A coactioне ad testimonium excipe regulariter consanguineos et affines, collaterales usque ad septimum gradum, unde ne quidem in causa matrimoniali sororis filium ad depoendum pro matrimonio cogi posse, pronunciauit F. I. L. Contrariam vero tuerur sententiam Consistorium Lipsiense, quod quidem etiam cogendos esse parentes et collaterales



primi gradus ad testimonium dicendum, existimat. Testis enim cogitur testimonium perhibere de his, quae nouit arg. l. 16, et l. 19. C. de testibus. et Papa Clemens III. in citato canone 3. X. qui matrim. accus. poss. sequentem in modum Episcopo Florentino rescripsit:

Ideo enim maxime parentes, et si defuerint parentes, proximiores admittuntur, quoniam vnumquisque suam genealogiam cum testibus et chartis, tum etiam ex recitatione maiorum scire laborat, qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius sciunt, et quorum est interesse: ita ut si non interfuerint, et consensum non adhibuerint, secundum leges nullum fiat matrimonium. Quod vero legitur, pater non recipiatur in causa filii, nec filius in causa patris, in criminalibus causis et contractibus verum est. In matrimonio vero coniungendo et disiungendo ex ipsius coniugii praerogativa, et quia favorabilis res est, congrue admittuntur. Hinc cum in causa V. P. contra V. S. actor, inter testes probatoriales aviam sponsac denominaret, haec vero illam tanquam inhabilem a testimonio dicendo repellendam esse contendenter, quoniam l. 6. C. de testibus. parentes et liberos inuicem aduersus se nec volentes admitteret, pronunciabatur quidem:

dass mit Abhörung der öten Zeugin, wenn sie des Zeugnisses sich nicht verweigert, gebührend billig zu verfahren

sed interposita ab actore leuteratione, priorem sententiam mutauit Consist. Lips. et iudicauit

Nunmehr aus den Acten so viel zu befinden, dass mit Abhörun der öten Zeugin, nur so ferne sie sich des Zeugnisses nicht verweigert, nicht, sondern damit in Ansehung c. 3. X. qui matrim. accus. poss. schlechterdings zu verfahren.

Quo-

Quomodo enim aliter veritas habenda, nisi parentes, qui in despunctione liberorum, soli adfuerunt, ad testimoniū dicendum possent compelli, cum decisionem totius causae, alterius conscientiae committere graues vtplurimum rationes dissuadere soleant.

O B S E R V . V .

Sponsalia consensu parentum unius partis despunctionis, cum orbo sine testibus celebrata publica non sunt.

Duplici modo contrahi dicuntur sponsalia clandestina, si vel parentum consensus deficit, vel, his non amplius extantibus testes non exhibiti. Vtrumque enim expresse praescribit Ord. Ecclesiast. Sax. Tit. von Ehegelöbnissen.

Es sollen sich keine Kinder, Söhne oder Töchter, wes Alters sie sind, ohne Vorwissen und Einwilligung ihrer Eltern, als des Vaters, der Mütter, und da die nicht vorhanden, des Grossvaters und der Grossmutter verloben. Und wenn gleich solches geschehe, soll ein solches Verlöbniss, ungeacht ob dasselbe in anderer Leute, als Zeugen Beyseyn, geschehen, für heimlich gehalten, und für unbündig erkannt, und die Personen in unsren Landen nicht getraut werden. porro: Wo auch zweo Personen, so beyderseits keine Eltern haben, sich ohne jemand's Beyseyn, oder auch in Gegenwart eines Zeugen alleine, mit einander in Ehegelöbniss einlassen, so soll dasselbe für ein heimlich Gelöbniss gehalten werden etc.

Sed posterioris dispositionis verba eum casum si tantum una pars personarum contrahentium, parentibus gaudet, alterius vero partis parentes in viuis amplius non sunt, comprehendere nonnullis Iuris interpretibus non videtur. Qua-

❧ ❧ ❧

re dubium mouent, an eiusmodi sponsalia, solo consensu parentum ab una parte superstitione perfecta, etiam a parte orbi pro validis et publicis haberi possint. Affirmatum tuerur sententiam praesertim Bergerus in Oeconomia Iuris p. 95. et in suppl. ad electa process. matrimonialis §. 7. qui quidem statuit: Sponsalia liberorum sine testibus valent, quamuis alter contrahentium tantummodo parentes habeat, aut unum solum; ita v. c. sponsalia Titii, parentibus orbi, valent, contracta cum puella, quae matrem tantummodo haberet, quamvis nulli testes accesserint, modo consenserit puerae mater. Reprobat vero non solum hanc sententiam Illustris et S.R. Hommelius in Rhaps. LXX. tanquam legibus Saxonis contrariam, sed et ab ea recedit recentior, editio Bergeriana quam Wincklero V.I. debemus, vbi legitur: aliam esse sententiam summi senatus prouocationum ac Consistorii Lipsiensis, scilicet, si alter contrahentium orbis sit, alter patrem matremque habeat, ab illius parte testes esse necessarios. Iam liceat nobis vtriusque opinonis argumenta breuiter perpendere. Verba Ordinationis ecclesiasticae: *wo auch zwei Personen so Beyderseits keine Eltern haben etc.* Bergero arrident, inde ex his in suppl. ad electa Process. matrimon. §. 7. colligit: *dass zwischen denen, da nur auf jedem Theil Vater oder Mutter, oder nur in allen eine Person von Eltern am Leben ist, auf solche die disposition gedachter Kirchen Ordnung nicht zu ziehen, sondern dasjenige, so in gemeinen Kaiserlichen Rechten von Ehegelenissen geordnet, da keine Zeugen erforderlich werden, statt habe: quam in sententiam etiam Consistorium Vitembergense quondam pronuntiasse, demonstrat.* Forsan et hoc ad Bergeri opinionem defendendam superaddi posset: Parentes superstitione alterius partis desponsatorum testium loco esse

❧ ❧ ❧

esse habendos. Etenim horum praeſentia in ipſo actu deſponſationis expreſſe non requiriſtur quod Ord. ecclieſtaſica per verba *Vorbewuſt und Einwilligung* clare exprimit. Quod ſi igitur parentes in ipſo actu ſponsalitio praeſentes fuerunt, quidni hi intuitu orbi teſtium iñſtar conſiderandi? Sed fallit omnino Bergeri Sententia, et S. R. et J. Küſtnerus ad Deyling. p. 533. accuratius verba Ordinat. ecclieſtaſicae interpretatur, et verum diſcrimen inter ſponsalia, quae conſenſu parentum conſciuntur, et quae praeſentia teſtium conſiſtantur, ponendum eſſe, docet, hinc ratio legis in aprico poſita eſt, vbi parentes ab utraque parte conſenſiunt, teſtibus non opus, vbi vero orbata parentibus ſponsa, teſtium praeſentia ad valiđitatem ſponsaliorum deſideratur, quoniam alterius partis parentes non ut teſtes, vid. Rhapſd. Hommel. LXXI. ſed ut parentes, non probationis gratia adſunt, ſed quoniam eorum conſenſus ad conſtitutionem et ſubſtantiam ſponsaliorum re quiritur. Neque Bergeri aſſertum, Conſistorium Vite bergenſe in contrariam partem olim pronuntiaſſe, fidem meretur, quoniam memoratum Reſponſum ad caſum praeſentem minime ſpectat, ibique utriusque partis deſponsatorum parentes ſupererant; ſed potius Conſistorii Lipsienſis ſententia tanquam legi ecclieſtaſicae conueniens, diu ſtabilata, et interpoſitis remediiſ confirmata hucusque manſit.

O B S E R V . VI.

*Allimenta uxori, a thoro et mensa mariti separatae,
ſtatiſ a tempore latae ſententiae debentur.*

Vxori a marito male habitae, ſaeuitiasque perpeſſae, ad tempus ſeparatio a thoro et mensa permitiſſur, interea tem-



temporis vero marito incumbit alere vxorem, etiamsi maritus
sit pars innocens, aut foemina dotem nullam intulerit. Sed
cum quaelibet sententia effectum tantummodo producat ab
eo tempore, quo transit in rem iudicatam; non videtur
vxor, si forsan contra eiusmodi sententiam remedium leu-
terationis vel appellationis interpositum fuerit, alimenta
prius petere posse, quam a tempore rei iudicatae, etenim
separatio a thoro et mensa, quae plerunque semestre spa-
tium continere solet, et ab hoc momento computatur.
Iniquum tamen visum est Consistorio Lipsiensi alimenta
subtrahere vxori, quae ipsa nihil in bonis habet, vnde
sibi necessaria vitae subsidia comparare queat, et quidem
multo magis si maritus bonis illatis vtatur fruatur. Du-
rat enim matrimonium nec dissoluitur tali disiunctione,
ideoque nec hac maritus ab obligatione alendi vxorem li-
beratur. Quare etiam alimenta vxori adiudicantur a tem-
pore primae sententiae latae, etiamsi haec per interposita
remedia aliquantis per suspensa fuerit.



Et sicut serpens in origine omnis erat rectus, ita et natus postea in peccato contumeliam dedit. Et sicut serpens in origine omnis erat rectus, ita et natus postea in peccato contumeliam dedit.

ULB Halle

003 935 957

3



56.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



23
77358
13

OBSERVATIONES IVRIS ECCLESIASTICI

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS CONSENSV

P R A E S I D E

D. DAVID GOTTFRIED AEGIDIO
W I L K E

P. P.

SER. ELECT. SAX. IN SVPR. LVSAT. INFER.
REGIM. CONSIL. EIVSDEMQUE CVRIAЕ PROVINC.
CONSIST. ECCLESIAST. LIPS. ET FAC.
IVRID. ASSESS.

D. XVIII. MART. A. O. R. CICICCLXXIII

H. L. Q. C.

FVBLICE DEFENDET
CAROLVS EMANVEL ALBRECHT
GOERLIC. LVSAT.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

